



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 15. De Missæ Introitu, & Kyrie eleison.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

THESAVRVS MISSAE. ISI
dictum est, repositæ sunt.

CAPVT XV.

DE MISSAE INTROI-
tu, & Kyrie eleeison.

EX eo quod superiori ca-
pite è Missæ confessione
nos elicere debere diximus, è
nostrarum scilicet culparum
confessione, è dolore & intimo
propter easdem sensus & ex ob-
ligatione qua Deo deuincti su-
mus, quòd eas nobis ipse remi-
serit, quin & ex obsequio quo
illi vicissim respondere debe-
mus; intelligem' quid nobis in
singulis Missæ partibus cogitá-
dum

N 4

dum

dū sit, & quē inde fructū colli-
gere, & quo esse affectu debea-
mus : cū eas nobis Eccle-
sia velut cibos coctos & paratos
proponat vt comedamus, id est,
attenta considerationē perspi-
ciamus, quid in ijs ipsa nobis
repræsentet, petat aut doceat,
& iuxta illud diuersarum affe-
ctus virtutum in anima nostra
excitemus. In introitu solet Ec-
clesia gemere & in suis neces-
sitatibus opem à Deo efflagitare,
velut cum dicit, Psal. 34. Ex-
urge, quare obdormis Domine, ex-
urge, & ne repellas in finem. quare
auertis faciem tuam à nobis ? Et
licet alij introitus gaudij & ex-
ultationis, simul & laudis alia-
rum

THESAVRVS MISSAE. 153
rumque virtutum affectus in-
terdum contineant, quod ta-
men diximus occurrere plerū-
que solet. Kyrie eleisō & Chri-
ste eleison, nonies repetitum,
quod sonat Domine miserere,
& Christe miserere, desideria
nobis & anxia Sanctorum Pa-
trum, Patriarcharum & Pro-
phetarum vota significant, qui-
bus Deum hominem factum
videre quam ardentissimè ex-
optabant. Moyses populi sui
necessitate perspecta, & sibi e-
iusdem liberandī media deesse
cernens, ad Dominum clamauit
dicens, *Obsecro, Domine, mitte*
quem missurus es. Iacob Patriar-
cha iam moriturus, hoc nixus
de-

desiderio & spe, letius mortem
oppetijt dum ait, Gen. 49. *Salu-
tare tuum exspectabo Domine. q. d.*
Hoc vno me in morte mea con-
solor, quòd certam cõceperim
salutaris tui, id est Saluatoris
mei, videndi spẽ. dicebat Isaias,
*Vtinam dirumperes cœlos, & des-
cenderes!* & alio loco, *Isai. 45.*
*Rorate cœli de super, & nubes plu-
ant iustum, aperiatur terra, & ger-
minet Saluatorem.* Clamat Da-
uid, *Psal. 84. Ostende nobis Domi-
ne misericordiam tuam, & saluta-
re tuum, id est Saluatore nostrũ,*
da nobis. Et omnis adeò scrip-
tura huiusmodi desiderijs & ge-
mitibus plena est, quibus Deũ
in terra ambulantem Sancti
vide-

THESAVRVS MISSAE. 155
videre desiderabant, vtque cę-
lis descenderet enixissimè po-
stulabant. Ad horum ergo imi-
tationem, Sacerdos celebrās &
Christianus quilibet Missā au-
diens, viua videndi Iesu Christi
Domini nostri, qui salus reme-
dium, & vita nostra est, excitet
in se desideria, seque illa conso-
letur spe, breui illum se
in altari & visurum
& adoratu-
rum.

CAPVT